

D. Pafch. interno corde, quod solus Rex querebat, & introspiciebat. D. Pafchaf. lib. 10. in Matth. si habet: Quia malos in conscientia intrinseca intelligere, non omnino est, ideo hunc malum solus Deus terribilis, & Rex magnus invenit.

59. Quarens anima sancta suum dilectum, & inveniens ait: *inveni eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris mee, & in cubiculum generis mei.* Cantic. tertio numero quarto. Cur non vult eum habere in fecundo campo, ameno horto, vel frequenti platea, sed tantum in domo, & non solum in domo, sed in intimo, & maxime segregato cubiculo? Fugit sponsa campum, hortum, vel plateas, ut non habeat quo possit dividi, ac separari, sed ita vult esse cum illo, ut nullo modo valeat ab eo diverti, sed vult totis viribus defixa esse in eo, sic fatetur Gillibertus Abbas serm. 11. in Cantica: *Novit illa dilectum suum non posse foris secum possideri, nec iningere quidem, & quam durum est amanti animam dividere cum Christo, & mando quam durum est, inquam, dilectionis juramentum admittere curas, & celeste secretum secularibus infestari bellis.*

Astor. 7. num. 9. Et Patriarchæ æmulatores Ioseph vendiderunt in Ægyptum, & erat Deus cum eo.

Num. 10. Et eripuit eum ex omnibus tribulationibus, & dedit ei Deus gratiam, & sapientiam in conspectu Pharaonis Regis Ægypti, & constituit eum præpositum super Ægyptum, & super omnem domum suam.

Num. 11. Venit autem fames in universa Ægyptum, & Chanaan, & tribulatio magna, & non inveniebant cibos Patres nostri.

Num. 12. Cum audisset autem Iacob esse frumentum in Ægypto misit Patres nostros primum.

Num. 13. Et in secundo cognitus est Ioseph à fratribus, & manifestatum est Pharaoni genus ejus.

Versiones

COM EXPOSITIONE III.

60. Vers. 9. **P**T Patriarcha æmulatores. Arabicus: *Principes Patrum invidentes.* Syriacus: *Invidia moti.* Oecumenius: *Invidia accensi.* & ait Patriarcha, id est, Principes, seu capita fratrum, seu aliorum, ut explicat D. Isidorus lib. 7. Æthymolog. cap. 12. scilicet filii Jacob capita tribuum, & non omnes, quia Benjamin erat ferè triennus, & Ruben non aderant, sed secundum majorem sui partem. *Æmulatores:* Invidia nempe accensi vendiderunt in Ægyptum. *Lyra, breviter narrans, transiit ad finem; non enim primo Ægyptus, sed Israhelitis negotiatoribus, & Madianitis venditus est, & illi vendiderunt eum in Ægyptum:* & dicitur: *Deus erat cum illo;* quo denotatur singularis Dei providentia erga illum, sicut & cum Davide 1. Reg. 16. n. 18.

61. Vers. 10. *Et eripuit eum ex omnibus tribulationibus ejus.* Syriacus. *Et liberavit eum ab omnibus oppressio- nibus ejus, quæ quidem multe fuerunt.* Primo de manibus quarentium occidere. Secundo de cisterna, ne ibi fame periret. Tertio de captivitate, sub qua venditus est. Quarto de falso adulterio; nam, ut ait D.

Chryso. *singulare Dei beneficium fuit, non occidi cre- ditum adulterum.* Quinto à carcere, in quo missus est. *Dedit ei gratiam, & sapientiam.* Ut ejus sapientia esset bene accepta, ei Deus gratiam contulit. *In conspectu Pharaonis.* De nomine Pharaonis aliqui Recentes multa dicunt: Phara enim lingua Ægyptiaca idem est, ac Rex, ut habet Iosephus lib. 8. antiquit. cap. 2. vel 6. Et constituit eum præpositum super Ægyptum, Arabicus: *Statuit eum moderato- rem Ægypticis:* *Et regem constituit eum totius re- gionis Ægypti, & dispensationem fecit eum.* Prosequitur Textus: *E super omnem domum suam.* Prius dicitur quod constituit eum super Ægyptum, deinde super domum suam; volebat Rex, ut ipse prius tenderet communi bono regni, quam suæ peculiaris domui; de quo scribitur Genes. 41. n. 42. ei fuisse dictum à Pharaone: *Constitui te super universam terram Ægypti.*

Vers. 11. *Venit autem fames.* Syriacus: *Exstitit fa- mes, & oppressio magna.* Arabicus: *Vehemens, & angustia maxima.* Post multam abundantiam secuta est fames: felicitas enim ceteratim secum affert multa infortunia, quot autem mala fames parturit multi multa scribunt: *Non inveniebant cibos Patres nostri.* Syriacus: *Non habebant unde experirentur.* Arabi- cus: *Non inveniebant saturitatem, ut à fame possent liberari.*

Vers. 12. *Cum audisset Jacob esse frumenta in Ægypto.* Arias: *Exstima frumenta in Ægypto.* Servata providentia Ioseph ex tempore abundantie, & licet Iacob probe sciret Deum sibi esse valde propitium, liberavit eum de forore Esau, & ira Laban; tamen pro præsentis necessitate non postulat ab eo frumenta; non enim est tentandus Deus nec miracula inquirenda, quando adfunt media communia, *Misit Patres nostros filios, qui sine ulla cunctatione, nec opposito itineris labore patris mandatum exequuntur.*

Vers. 13. *Et in secundo cognitus est Ioseph.* Græ- cus: *Secunda vice.* Syriacus: *Cum bis profecti se- sent, patefecit se ipsum Ioseph, ut eorum constaret ex- G. n. 44. & quando ipsi erant maxime timidi ob sublatum Benjamin, tunc se eis manifestat Ioseph. Valde benigne eorum referens, non ad eorum consilium, sed ad Dei providentiam.*

QUÆSTIO IX.

Quare Iovus Stephanus tantus est in presenti in referenda Abrahami, Ioseph, & aliorum historia?

AD quod respondet Oecumenius, ut præsentium nequitiam arguat, eisque exprobrat eorum ferociam, iram, & impatientiam valde oppositam singulari patientiæ ac tolerantiam Abrahami, ac Ioseph, quorum primus non est deprecatus abbreviari tempus Ægyptiz captivitatis sibi revelata, Genes. decimo quarto; nec contra ipsos tyrannos aliquid est locutus. Alter, nempe Ioseph injurias compensavit, cum ulcisci posset: At vero Principes isti Iudæorum vade diversimodè, ac degeneres à suis parentibus, pernicaces, & impatientes, elati contra Christum, in ejus Discipulos omnium bene factores conspiraverunt undique, & ex omni parte eis mala machinantes.

Nullo enim magis poterant comprimi, ac refræ- nari à sua prævaricatione, ac malitia, quam objec- tis parentum virtutibus; sic dicebat sanctus ille senex filio suo Tobiaz juniore capite 8. numero 5. *Filij sanctorum*

Sanctorum sumus, & non possumus ita conjungi, sicut gentes, quæ ignorant Deum. Apparet Deus Moyfi, & quarenti nomen ejus ait illi Deus: *Ego sum qui sum.* Et addidit Deus: *Hæc dices filiis Israël, Dominus Deus patrum vestrorum, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob misit me ad vos;* Exod. 3. n. 15. Nonne sufficiebat dicere: *Ego sum qui sum;* ad quid ergo aliud apponit nomen: *Ego sum Deus Abraham,* &c. Et pet hoc nomen vult cognosci, & publicari in populo. Volebat Deus Moysem, ac suum populum tanquam tyrones, ac insipientes instruere, & informare in omni virtute, ac sanctitate, ideoque illis eorum parentes objicit, ac ante oculos ponit, ut eorum virtutibus provocarentur, ut in omnibus cum omni justitia vitam suam conponerent, tam in labore, ac presura quam in prosperitate, Cassiodor. 1. variat. 4. ait: *Pudeat eum peccare, qui laudatis viris videtur potuisse succedere.*

68. Amos 8. Valde execrabile est filios à parentum virtutibus degeneres esse: Loquens Deus per Amos 8. n. 7. ait: *Juravi Dominus in superbiâ Jacob, si oblivis fuero usque in finem omnia opera eorum.* Nunquid super isto non commovebitur terra? Cum dicitur per superbiâ Jacob, hoc est filiorum Jacob, seu populi descendentes à Jacob, quæ superbiâ adeo Deum offendit, ut de ejus vindicta fumenda Deus juramentum fecerit: Tamen maxime ponderandum est; ob superbiâ filiorum hominum ædificantium turrim usque ad Cælum, vel ob superbiâ Nabuchodonosor, aliorumve Regum, nullum à Deo factum juramentum legitur; Cur super superbiâ filiorum Jacob ad magnam exequendam vindictam Deus jurat: Jacob vit valde humilis ubique suam demissionem prædicans, habitabat in tabernaculis, cum uno baculo suo transivit Jordanem, longum iter in domum Laban pedibus confecit, quatuordecim annis servivit pro uxore, ante Pharaonem annos suæ peregrinationis paucos, & malos clara voce publicavit, & se, filioque suos pastores ovium confessus est: At quod filii Regum superbiorum superbi essent tolerabile malum; sed filii hominis humillimi in animo suo superbi evaderent, & inflato, elatoque animo extitissent, Deoni ad eos exterminandos interposito juramento concitaverunt, & etiam terram, ut omnibus suis elementis eos deglutiret, ac devoraret: *Nunquid super isto, non commovebitur terra!* Rupertus lib. 4. in Amos ait: *In filijs Patris ejusmodi, qui tam humiliter vixit, superbiâ est valde reprehensibilis; imo execrabilis; ideoque suis congruè juravit Dominus, immuens quod graviter rulerit; quod à Patre tam humili, tam lonè superbiendo degenerasset filij. Expende ultima verba.*

69. Hai. 1. Deplorat Isaias cap. 1. miseram Iudæorum sortem, & primo ponit eorum nobilitatem, de illis ait Deus, *Filius omnium, & exaltavi, n. 2.* Et statim n. 4. subdit: *Va genti peccatrici; populo gravi iniquitate; emini nequam, filijs sceleratis, gens paulatim eorum malitiam exaggerat: Va genti peccatrici, id est valde depravata, ita ut nil aliud intendat, nisi peccare, Populo gravi iniquitate; Magno peccatorum pondere: Semini nequam pessimo, & à suo generante valde discrepante, filijs sceleratis.* Et hoc tanquam extremum omnium malorum ingemiscens lachrymetur; quia ex tam sublimi spirituali generatione: *Filius omnium,* in tam profundum criminum abyssum inciderunt. D. Basilus ibi ait: *Ob hoc digni sunt qui oppellerentur, & quos persequamur luctu, qui pro eo, quod filij essent Altissimi, filij facti sunt exleges, & iniqui.*

QUÆSTIO X.

Quare D. Stephanus fecit hanc tam amplam mentionem de Ioseph?

Quia ipse extitit peculiaris, & insignis Christi figura. Primo fratres Ioseph sedentes, ut comederent panem, *Videant: ecce habentis unam de cisterna, vendiderunt eum in Israhel;* Genes. 37. n. 28. Qui panis allatus fuit ab ipso Ioseph, ut norat D. Chryso. homil. 9. in Lucam, ex accepto pane à Ioseph, ad ejus venditionem procedunt fratres, ex accepta bacella panis à Christo, Joan. 13. n. 30. tendit ad ipsum vendendum Judas.

Secundo: Venditus est Ioseph alto Dei consilio, ut tempore famis daret fratribus suis famescentibus frumentum, & saturitatem panis, venditus Christus, ut nobis à vinum impertiretur frumentum corporis sui, ac saturitatem omnium celestium donorum, nempe. Ad quod tendit D. Pafchaf. lib. 1. ubi sic ait: *Con- stituit ergo pro se in se servum, quia Christus forma servi suscepit, in cuius figura olim Ioseph cum esset liber, à fratribus venditus: si in servum, ut tempore famis eorum frumenta fratribus.*

Tertio fratres ex avaritia, ac amore pecuniarum vendiderunt Ioseph, ut scribit D. Basil. Seleuc. orat. D. Basil. ubi sic habet: *Velut aliquo cadis spoliis fratres frater, utem adun, amorque pecunia Iosephum eodem cum illis statu eductum à morte in apertam servitutem ven- ditur.* Sic & Judas eadem avaritia cæcus Dominum Jesum vendidit, dicens: *Quid vultis mihi dare, & ego cum vobis tradam?* At illi constituerunt ei triginta argenteos. Matth. 26. n. 15. Quæ verba graviter ponderat D. Chryso. hom. 6. à in epist. ad Philippi. & ait: *Ex avaritia Dominum Orbis prodidit, quid ista inania rebus! gravis est avaritia tyrannis stupidam potens efficere mentem, non ita ab ebrietate quisquam, ac ne av avaritia avaritias reddatur, illud demontar avaritia, quam ebrietatis.*

Quarto vendidit Judas Christum D. & suis manibus accepit pecuniam: *Dum proprio incumbunt sceleris famulatu: unum Salvatorum.* Ut ait D. Leo ser. 12. de Passione Ad opus, nempe Redemptionis, & ad exaltationem sui nominis, sic & fratres Ioseph ei: ex consilio Dei in obsequium suum, ad sui exaltationem eum vendiderunt, ut ponderat D. Greg. lib. 6. Peritaciâ Moral. cap. 12. & ait: *Humana sapientia dicitur, ut dicitur, compenditur, timorem facere Ioseph, ne quando Dei super eos exeresceret, sed hoc, quod dicitur, ut dicitur, tum fuerat, cavendo, actum est, ut venire; D. d. h. mana sapientia voluntati Dei per intensionem resistit, inde ejus molitioni militavit.* Similiter D. Basil. Seleuc. orat. 8. Venditur Ioseph à fratribus ne adoraretur, sed quia venditus adoratur, imperat, secundus est à Pharaone, ed ætus de carcere ad thronum, in quo Christi resurrectionem præfiguravit.

In ejus conspectu ait D. Stephanus in presenti, *Dedit ei Deus gratiam, ac sapientiam.* Non solum dicitur ei data sapientia etiam cum gratia, quia, ut sic planius sit patribus apud homines, non solum sufficit sapientia, sed necessaria est Dei gratia. De sanctissimo Pueri Jesu scribit D. Luc. 2. n. 52. *Jesus proficiebat sapientia, & etate, & gratia apud Deum, & homines.* Gratia exigitur ut sapientia sit grata apud homines.

Quinto Judas vendidit Christum triginta argenteis. Matth. 26. Fratres autem vendiderunt Ioseph 17. argenteis, Genes. 37. n. 28. Septuaginta habent viginti argenteis, Chaldaus viginti sicis, at Beda. Origenes, Beda, & D. August. citandus. Vendiderunt enim triginta argenteis, D. Ambro. citandus: *Vendiderunt*

derum eam viginti quinque argenteis. Unde tanta lectio varietas? Unum aureum plus valet, quam unum argenteum, unum argenteum magis quam unum siclum, & inde alij legunt viginti argentei, alij viginti quinque, alij triginta, cur tanta varietas? Unde aliqui dicunt, quod Joseph tripliciter fuit venditus. Primo a fratribus Ismaelitis, secundo ab Ismaelitis Madianitis, tertio ab his Putiphari in Aegypto.

Ad principale quaesitum de tanta lectio varietate, respondet S. Ambrosius, qui cum Joseph esset figura Christi, sic ait cap. 3. Ideo alibi viginti, alibi viginti quinque aurei, alibi triginta invenimus emptionem Joseph, quia non omnibus unius estimatione pretij valet Christus, aliis minus, aliis amplius, fides ementis incrementum est mercedis. Et confirmat S. Doctor exemplo peccatricis, Luc. 7. Quae super pedes Christi effudit unguentum, & lacrymis lavit, & capillis suis tetexit, & osculis secavit, de qua ait ad Simonem: Propter quod dico tibi, remissa sunt ei peccata multa, quoniam diligit multum, cui autem minus dimittitur, minus diligit.

Similiter D. August. serm. de tempore ait: Quod autem in diversis translationibus, non aequali pretio Joseph scribitur venditus, sed alii dixerunt viginti argenteis, alij triginta, hoc spiritualiter significavit, quod Christus non aequaliter ab omnibus credendus, vel diligendus esset; denique etiam nunc in Ecclesia alij plus eum diligunt, alij minus; ipsi enim plus valet Christus, qui eum majori charitate dilexerit. Joseph cum esset Christi figura, ideo non aequali pretio comparatur; quia non apud omnes Christus ejusdem estimationis est, non ab omnibus aequaliter diligitur, plus dilexit Magdalena, quam Simon, ut patet ex Christi verbis, plus Petrus, quam caeteri discipuli; cum enim essent in navi, & audisset, quia Dominus erat in litore fervido quaerendi Christum amore, misit se in mare. Alii autem navigio venerunt. Joan. 21. n. 8. Cum Christus vellet ire Jerusalem divertebant discipuli: Rabbi, nunc quaerebant te Judaei lapidare, & iterum vadis illuc. Thomas praeceteris ostentans suum amorem in Christum ait ad Condiscipulos: Eamus, & nos, ut moriamur cum eo. Joan. 11. n. 16.

Ob suam immensitatem ait Deus per Jeremiam 23. n. 24. Caelum, & terram ego impleo, & per Isaiam 66. n. 5. Caelum sedes mea est, & terra scabellum pedum meorum. Et tamen de se Christus loquens in Ps. 21. n. 7. ait: Ego sum vermis; opprobrium hominum, & abjectio plebis. Quomodo tam diversa cohaerent, ac possunt stare. Cum Deus loquitur cum Prophetis caelesti lumine illustratis, qui ejus celsitudinem, ac magnitudinem agnoscebant, de se praedicat quod caelum, & terram impleat. At vero per respectum ad homines depravatos, in quorum conspectu, ut ait Lyranus nullus, & abominabilis apparebat, inquit, quod sit vermis, & non homo, justis ac illuminatis omnia implet, ceteris ac depravatis tanquam vermis ac pene nihilum videtur.

QUAESTIO XI.

Quare Joseph tanto tempore extitit in Aegypto absque eo, quod mortem Patrem de se certiore faceret?

Maxime inquirendum cor Joseph per fere 23. annos extitit in Aegypto; absque eo quod de se legenti parenti nuntiaret, optime, & praecipue in ultimis novem annis, quando ipse, ut Princeps dominabatur in Aegypto.

Ratio a priori est Dei voluntas, supremum ejus

Consilium, & altissima ejus ordinatio, ut ipsemet Joseph indicat cap. 45. Genes. n. 8. Cujus rationem pro nostra tenuitate investigamus.

Primo D. August. serm. 82. de temp. Beda, D. Thom. & alii in praesenti, quia Deus voluit hoc quasi Portorium meritorum dari Jacob, licet justo ob levitiam peccata; tum etiam quia Deus disposuit occultare Jacob vitam, & statum Joseph, ut eum probaret, tum ad ipsius Jacobi, ac etiam Joseph virtutem, patientiam, resignationem in voluntatem Divinam, illiusque cum ea conformitatem probandam, ut probavit obedientiam, virtutemque Isaac, & Abraham, cum ei mandavit sibi filium suum immolare; Genes. 22. n. 2.

Secundo Theodoretus: Si Jacob scivisset filium suum Joseph esse captivum in Aegypto, multo quavis pretio ipsum redemisset, & sic nunquam Joseph elevatus esset ad Clavum, & Principatum Aegypti, quo Deus decreverat ejus virtutum, ac humilitatem exaltare, atque remunerari. Sapient. 10. n. 133.

Tertio: Id alto Dei consilio factum, ut hac ratione adimpleretur, somnium Joseph ab ipso immisum. Genes. 37. n. 7. nempe frater fame vexari, cogentur in Aegyptum descendere, & Joseph humiliter adorare; Genes. 46. n. 7.

Quarto: Joseph ex Dei intuitu expectavit tempus famis, ut illa oppressi fratres descenderent in Aegyptum, eisdemque aliquantulum dure, ac asperitatis tarent, ut per hujusmodi vexationem, suum agnoscerent crimen, ut ita ipsi loquentes ad invicem dixerunt: Merito hac patimur; quia peccavimus in fratrem nostrum. Genes. 42. n. 21. & inde penitentia castigati accersito parente gloriose viverent.

Quinto: Si Joseph exposuisset suo parenti adventum in Aegyptum ei etiam erat manifestandum fratrum timorem, quod ne faceret patienter sustinuit Patris dolorem, hacque de causa existimo, quod licet Deus multoties apparuisset Jacob, tamen per illud spatium 23. annorum absentiae Joseph nunquam illi apparuit; ne forte Jacob de Joseph interroganti scelus filiorum panderet, ideoque Joseph manifestatio reservata est ad illud tempus, quando aperte comprehenderetur, quod ipse missus esset in Aegyptum, non ex hominum facto, sed potius ex Dei voluntate ita ordinante pro multorum salute; ut ipse Joseph dixit fratribus: Promissique me Deus, ut servavemini super terram, & escas ad vivendum habere possitis. Genes. 45. n. 7.

Sexto: Hoc ita disposuit Deus, ut Jacob tota cum sua familia in Aegyptum descenderet, ibique multa multiplicaretur, ut inde illa magna, & valde mirabilia obvenirent in Aegypto ad ostentationem divinae potentiae, quae ejus avo Abraham fuerant in revelatione ostensa, Genes. 12. n. 14. & late referuntur in Exod. a cap. 3. & deinceps.

Iterum redeo ad illa verba: Promissique me Deus, ut servavemini super terram, & escas ad vivendum habere possitis. Tantum munus sibi a Deo datum, ut esset quasi Pater Pharaonis, ac Princeps & Governator totius Aegypti, non datum sibi soli esse sed etiam pro aliorum salute; sublimis, & altum Dei donum, non in uno coarctatur, sed in alios exundat. Praclare ait D. Nazianzen. orat. 14. Nihil tam divinum homo habet, quam de aliis bene mereri, scimus neminem sibi nasci, neque nos nobis tantum vivere; sicut enim Angeli, qui sunt administratorij spiritus, totum, quod acceperunt a Deo, in usum humani generis impendant, ita decet magis hominem homini tempore, & loco optulari. Angeli dicuntur spiritus administratorij, non quia sibi ministrant, sed nobis.

In persona Christi agens Regius Vates postquam de ejus gloriosa resurrectione locutus est: Non dabis Sanctum

Sanctum tuum videre corruptionem, subdit Psalm. 15. n. 10. Non relinques animam meam in Inferno. Ubi sermo est iuxta communem sententiam de animabus Sanctorum Patrum, quas Christus D. resurgens eduxit de Inferno, seu Limbo, sed coherentius videbatur dicendum: Non relinques animas eorum, & non ut dicitur: Non relinques animam meam, sed ea est sublimis Christi charitas, quod donum suis collatum, sibi datum reputat: Non relinques animam meam. Deinde ingens resurrectionis gratia a Patre accepta non in se tantum continuit, sed in alios redundare fecit, & si Pater non reliquit eum in inferno, nec ipse alios reliquit, sed magnificum donum non in se continuit, sed aliis communicavit. D. Athanas. serm. 3. contra Arianos ait. Quod non solum surrexerit, sed & olim mortuos ex monumentis excitavit, idem cum eo est: Non relinques animam meam in inferno: Expende verba idem cum eo est.

De Christo D. ait Paulus Rom. 8. n. 29. Primogenitus in multis fratribus, & cur ab Apollitis appellatur primogenitus, non in uno, vel altero, sed in multis sibi data fratribus? Nam juxta communes leges primogenitus non totam absolute acquirat hereditatem, ut eam tantum sibi soli retineat, sed ut ex ea alimoniam aliis fratribus praebet: Optimo inde jure meus Jesus primogenitus est nuncupatus, quia amplissimam divinitatis hereditatem cum omnibus donis non in se uno continuit, sed etiam alios sibi cohaeredit fecit, caelestium donorum eos participes efficiens. D. Bruno ibi ait: Ut ipse filius sit primogenitus in multis fratribus, ut quemaadmodum primogenitus filius dominus est paterna hereditatis, & quod inde alii filii ab eo habent, sic & Christus D. est in hac hereditate: & quicumque aliqua inde habent ab eo, & per eum totum habent. Expende ultima verba.

Mittens autem Joseph accersivit Jacob patrem suum, & omnem cognationem suam in animabus septuaginta quinque. Descendit Jacob in Aegyptum, & defunctus est ipse, & Patres nostri. Et translati sunt in Sichem, & positi sunt in sepulchro quod emit Abraham pretio argenti a filiis Hemor filii Sichem. Cum appropinquaret tempus promissionis, quam confessus erat Deus Abraham, crevit populus, & multiplicatus est in Aegypto. Quoad usque surrexit alius Rex in Aegypto, qui non sciebat Joseph.

Explicitur difficultas.

Explicitur difficultas.

Explicitur difficultas.

Explicitur difficultas.

Explicitur difficultas.

Explicitur difficultas.

Explicitur difficultas.

Verf. 15. Descendit Jacob. Syriacus, Proinde descendit ut refertur Genes. 46. n. 26. & defunctus est ipse. Ex Graeco, & Chaldaeo habetur defecit, seu deliquit, quod, ut notat Lorinus significat dulcem, & suavem mortem.

Verf. 16. Et translati sunt in Sichem; Abraham, Isaac sepulti sunt in Hebron, ut constat ex Genes. 25. n. 9 & cap. 50. n. 13. duodecim vero Patriarchae Jacob sepulti sunt in Sichem, ut tenet D. Hieronymus in Epitaphio Sancti Pauli: Tamen primo ex Aegypto translati, & sepulti sunt in Sichem, deinde in Hebron, ut aperte tenet Josephus lib. 2. Antiquit. cap. 4. ubi asserit, omnes, excepto Joseph, sepultos fuisse in Hebron; Josephum sequuntur Magister historiae Ecclesiasticae Carthusian. & alii: Magnorum virorum corpora saepe de uno loco transferuntur in alium, & hoc denotat in praesenti D. Stephanus cum ait: Positi sunt in sepulchro, quod emit Abraham nempe in Hebron; Genes. 23.

Et positi sunt in sepulchro, quod emit Abraham pretio argenti scilicet quadringentis siclis argenti, a quo pretio Ephron sepulchrum pro Sara vendidit Abraham: ut dicitur inter me, & te, Genes. 24. n. 15.

Filius Hemo filii Sichem: Gaudis, & in placata difficultas, quae maxime torquet expositores, Abraham enim sepulchrum emit ab Ephron filio Seor, Genes. 23. n. 16. & non a filiis Hemor filio Sichem, ab his partem agri in Sichem emit Jacob non Abraham, Genes. 33. n. 19.

Omissis multis dico cum D. Gregorio lib. 7. ep. 55. Lyranus, Lorinus, Cornelio. quod D. Stephanus agit de agro empto ab Abrahamo Ephron; Pater autem Ephronis erat Binominus, vocatus est Seor, & vocatus est Hemor, apud Hebraeos multi erant binominii, ut patet ex 1. Paralipom. 1. & 2.

Positi sunt in sepulchro, quod emit Abraham. D. Stephanus eleganter, ac breviter multa conjungit, Patres nostri praecipui, ac principales, ut Abrahamus, Isaac, ac Jacob positi sunt in sepulchro empto ab Abrahamo in Hebron; Alii vero filii Jacob positi sunt primo in Sichem, & facit quandam retrospectivam distributionem; nostri Patres positi sunt in agro empto ab Abrahamo, & in Sichem priores tres in agro empto, alii in Sichem.

Verf. 17. Cum autem appropinquaret tempus promissionis, Syriacus: Illius rei, quam pollicitus fuerat Lyranus multiplicandi semen sicut stellas caeli, & pulverem terrae, Genes. 13. n. 16. & Genes. 15. n. 5. Quam professus erat. Syriacus: Quam pollicitus fuerat: juxta Jurando, Arabicus, Tigurina: Quam juraverat, ad ostentationem majoris in promissione perseverantiae. Arabicus: Crevit populus, & multiplicatus est. Syriacus creverat populus, & invaluerat. Alii Codices: Multus fuit populus, ita ut intra spatium 212. annorum, quo populus fuit in Aegypto, exceptis parvulis, mulieribus, & Tribu Levi fuerunt omnes numerus filiorum Israel per domos, & familias suas a vigesimo anno, & supra qui poterant ad bella procedere, sexcenta tria millia virorum quingenti quinquaginta, ut habetur Num. cap. 1. num. 46. & tam amplam multiplicationem merito D. August. lib. 18. de Civit. Dei cap. 7. tribuit magno miraculo.

Verf. 18. Quoad usque surrexit alius Rex, qui non sciebat Joseph. Quanta nempe beneficia Joseph Hebraeus contulisset Aegypto, ideoque ab Hebraeis averlus eos dirae affligebat. ut scribitur Exod. 1. n. 8. maxime homines obliviscuntur de beneficiis acceptis.

Hinc circumveniens genus nostrum, afflixit Patres nostros, ut exponerent infantes suos ne vivificarentur.

Explicitur difficultas.

Explicitur difficultas.

Dei voluntas.

81. D. August. Beda, D. Thom. Deus suos laboribus probat.

82. Theod. Ne a captivitate extiterit.

83. Gen. 37. Gen. 46.

84. Deus per vexationem inducit ad penitentiam.

85. Maxime aliorum de se habet ostentandi.

86. Gen. 13. Gen. 15.

87. Homo non sibi sed aliis.

88. D. Naz. Gen. 1. Deut. 10. Gen. 46.

Psalm. 15. De Dei spiritu est donum non sibi soli sed etiam aliis dare.

D. Ath.

89. Rom. 8.

Christus datus sibi data fratribus? Nam juxta communes leges primogenitus non totam absolute acquirat hereditatem, ut eam tantum sibi soli retineat, sed ut ex ea alimoniam aliis fratribus praebet: Optimo inde jure meus Jesus primogenitus est nuncupatus, quia amplissimam divinitatis hereditatem cum omnibus donis non in se uno continuit, sed etiam alios sibi cohaeredit fecit, caelestium donorum eos participes efficiens. D. Bruno ibi ait: Ut ipse filius sit primogenitus in multis fratribus, ut quemaadmodum primogenitus filius dominus est paterna hereditatis, & quod inde alii filii ab eo habent, sic & Christus D. est in hac hereditate: & quicumque aliqua inde habent ab eo, & per eum totum habent. Expende ultima verba.

D. Bran.

90. D. Chrysof. Arabic.

Exod. 1. Deut. 10.

Gen. 46.

76. D. Ambros. Christus non aequaliter ab omnibus estimatur.

Luc. 7.

87. D. August.

77. D. August.

Joan. 21.

Joan. 11.

Jerem. 23. Isai. 66. Psal. 21.

Valde dicitur sine estimatur ab omnibus.

Lyran.

79. Difficultas quaesitio.

80.

91. Syriac. Gen. 46. Chalda. Lorin.

92. Gen. 25.

93. D. Hier.

94. Joseph.

95. Magist. Hist.

96. Carthus. Genes.

97. Gen. 23.

98. Gen. 23.

99. Gen. 24.

100. Gen. 23.

101. Gen. 33.

102. D. Greg.

103. Lyran.

104. Lorin.

105. Cornel. 1. Parap. 1. & 2.

106. 96.

107. D. Greg.

108. Lyran.

109. Gen. 13.

110. Gen. 15.

111. Syriac.

112. Tigurina.

113. Arabic.

114. 98.

115. Syriac.

116. Alii Codic.

117. Num. 1.

118. D. Aug.

119. 99.

120. Exod. 1.

121. Num. 26.